

ieiunium uocatur. Vnde ieiunio nomen deriuatū. qđ  
sui inedia uiscera uacua & exinanita existant. Ieiuniū  
autem & statio dicit̃. Statio autem de militari exēplo  
nomen accepit. pro eo quod nulla letitia obueniens ca  
stris. stationem militum rescēdit. Nam letitia liberius.  
tristitia sollicitius administrat disciplinam. Discernunt  
autem quidam inter ieiunium & stationem. Nam ieiu  
nium indifferenter cuiuslibet diei est abstinentia. non  
per legem. sed secundum propriam uolūtatem. Statio  
obseruatio statutorum dierum uel temporum. dierū.  
vt quartę ferię et sextę ferię. Ieiunium ex uetere lege  
preceptum. de qua statione in euangelio dixit ille. Ieiū  
no bis in sabbato. id est in q̃rta et sexta sabbati. tēporū  
autem quę legalibus ac prophetiis institutionibus  
terminatis temporibus statuta sunt. ut ieiuniū quarti.  
ieiunium quinti. ieiunium septimi. et ieiuniū decimi.  
uel sicut in euangelio dies illi in quibus ablati sunt spō  
sus. uel sicut obseruatio quadragesimę. quę in uniuerso  
orbe institutione apostolica obseruatur circa confiniū  
dominicę passionis.

DE IEIUNIO QUARTI. QVINTI. SEPTIMI.  
ET DECIMI MENSIS. Ca. XIX.

Ieiunium ergo quarti est in mēse Iulio. septima  
i decima die mensis eiusdem. quādo descendēs  
Moyse de monte tabulas legis confregit. in eo  
etiam die Nabuchodonosor urbis Hierusalem primū  
muros destruxit. Dies ieiunij quinti in mēse Augusto  
est. quādo pro speculatoribus ad terram sanctā missis.  
seditio in castris Hebręorum exorta est. & factum est  
vt per desertum quadraginta annos discurrerēt labo  
riose. et in annis. xl. in heremo omnes perirent. Sigdē  
& in eo mēse a Nabuchodonosor et multo post tpe a  
cesare Tito templum euersum est atq; succēsum. & in  
obprobriū gentis pditę exaratū. Dies ieiunij septimi.

in septimo mense est, qui appellatur Septembris, in q̄  
occisus est Goliath, & reliqui qui erant in Hierusalem  
interfecti sunt, iuxta quod loquitur Hieremias, Dies  
ieiunij decimi, est in mēse decimo, qui apud nos uocat̄  
December, quando cognouerūt cūcti Babyloni capti,  
quinto mense templum fuisse destructum, & fecerunt  
plāctum atq; ieiunium. Hęc beatissimus Hieronymus  
in commētarijs Zacharię scripsit, Sed quia hęc ieiunia  
magis in ueteri testamēto quā in nouo celebrata sunt,  
ne penitus illa premississe uideremur, quia in pph̄eta  
Zacharia cōmemorata sunt, breuiter adnotauimus,  
ad noui testamēti ieiunia exponenda transeuntes.

DE QVADRAGESIMALI IEIUNIO. Ca. XX.

Rimum enim ieiunium quadragesimę est, q̄d  
p a ueteribus libris cepit ex ieiunio Moyfi & He  
lię, & ex euangelio, quia totidem diebus dñs  
ieiunauit, demonstrans euangelium non dissentire a  
lege & pph̄etis. In persona quippe Moyfi lex, in psona  
Helię proph̄etę accipiuntur, inter quos in monte Chri  
stus gloriosus apparuit, ut euidentius emineret quod  
de illo dicit apostolus, testimonium habens a lege &  
proph̄etis. In qua ergo parte anni congruētius obser  
uatio quadragesimę constitueretur, nisi confinis atq;  
contigua dominicę passionis, quia in ea significat̄ hęc  
uita laboriosa? Cui etiam opus est continentia, ut ab  
ipsius mundi illecebris ieiunemus, uiuentes in sola mā  
na, id est in celestibus spiritalibusq; p̄ceptis, Numero  
autem quadragenario uita ista p̄pterea figurat̄, quia  
denarius est perfectio beatitudinis nostrę, Creatura  
autem septenario figuratur, quę adheret creatori, in q̄  
declaratur unitas trinitatis, per uniuersum mundum  
temporaliter annunciata, Et quia mundus quattuor  
uentis describitur, & a quattuor elementis erigit̄, & a  
h

h